illusus esset a magis iratus est valde. ⁊ mit
tens occidit omnes pueros. qui erant in
in bethleem et in omnibus finibus eius a
bimatu et infra ꝑm tempus quod exqui-
sierat a magis. Tunc adimpletum est qđ
dictum est ꝑ hieremiam prophetaꝫ dicen
tem. Vox in rama audita est ploratꝰ et vlu
latus rachel plorãs filios suos ⁊ noluit cõ
solari qꝛ non sunt. Defuncto aũt herode.
Ecce apparuit angelus in somnis ioseph
in egypto dicẽs. Surge et accipe puerum
et matrẽ eiꝰ et vade in terrã israel. Defun-
cti sunt enĩ qui querebãt aĩam pueri. Qui
consurgẽs accepit puerũ et matrẽ eiꝰ et ve-
nit in terrã israel. Audiẽs aũt ꝙ Archelaꝰ
regnaret ĩ iudea pro herode pr̃e suo timu-
it illo ire. Et admonitus in somnis secessit
in partes galilee. Et veniẽs habitauit ĩ ci
uitate q̃ vocat̃ nazareth vt adimpleret̃ qđ
dictũ est ꝑ ꝓphãm qm̃ nazarenus vocabit̃.

De inuẽtiõe christi

pueri in tẽplo a parẽtibꝫ eiꝰ. Luc. ij. Et de
habitatiõe iohãnis ĩ deserto. Lu. i. Ca. xi

Et ibãt parẽtes eius ꝑ oẽs annos
in hierusalẽ in die solenni pasche.
Et cuꝫ factus esset iesus annorum
duodecim. Ascẽdentibꝫ illis hierosolimaꝫ
ꝑm consuetudinẽ diei festi. Cõsummatꝫqꝫ
diebus cũ redirẽt remãsit puer iesus in hie
rusalẽ ⁊ nõ cognouerũt parẽtes eiꝰ. Existi
mãtes aũt illũ esse ĩ comitatu. venerũt iter
diei et requirebãt eũ inter cognatos et no-
tos. et inuenientes regressi sunt in hierl̃m
req̃rentes eũ. Et factũ est post triduũ inue
nerũt illũ in tẽplo sedentẽ in medie docto-
rũ audientẽ illos ⁊ interrogantẽ. Stupe-
bãt aũt oẽs q̃ eũ audiebãt sup̃ prudẽtia et
respõsiõe eiꝰ. Et vidẽtes admirati sũt. Et
dixit mater eiꝰ ad illũ. Fili q̃d fecisti nobis
sic? pater tuꝰ et ego dolẽtes q̃rebamꝰ te. Et
ait ad illos. Quid est qđ me q̃rebatis? An
nesciebatis qꝛ in his q̃ patrꝫ mei sunt opor
tet me esse? Et ipi nõ intellexerũt verbũ qđ
locutꝰ est ad illos Et descẽdit cũ eis ⁊ venit
nazareth. ⁊ erat subditꝰ illis. Et mater eiꝰ
cõseruabat omĩa verba cõfe-
rẽs in corde suo. Et iesus ꝓfi
ciebat sapiẽtia et etate et gr̃a
apud deũ et hoĩes. Puer aũt
iohãnes crescebat ⁊ conforta
batur spũ et gr̃a. Et erat ĩ de
serto vsqꝫ in diem ostensiõis

Prius positũ est hoc a luca sed hic repetit̃ ꝓ cõtinuatiõe sequentium.

sue ad israel.

Incipit secunda

pars principalis huius libri de progressu
predicationis christi. Rubrica. xij. de
predicatione et babtismo iohannis in de-
serto. M. iij. R. i. L. iij. Ca. xij

Anno autẽ quinto-
decimo Imperij
Tiberij cesaris/ ꝓ-
curante pontio py
lato iudeã/ Tetrarcha aũt ga-
lilee herode. Philippo aũt fratre eiꝰ tetrar
cha ituree et traconitidis regiõis ⁊ lisania
abiline tetrarcha sub principibꝫ sacerdotũ
Anna et caypha. Factum est verbum dñi
super iohãnem filium zacharie in deserto.
Et venit in omnẽ regionẽ iordanis predi
cans. L. R. baptismum penitẽtie in remis
sionem peccatorũ sicut. L. scriptũ. R. M
est in libro sermonũ ysaie ꝓphete. Initium
R. euãgelij iesu xp̃i filij dei/ sicut scriptum
est in ysaia propheta. Ecce mitto angelum
meum ante faciẽ tuã. qui preparabit viam
tuã ante te. Vox. M R. clamãtis. L. R. ĩ
deserto parate viam dñi/ rectas facite semi
tas eius. Omnis. L. M. vallis implebit̃
et omnis mons et collis humiliabitur. Et
erunt praua in directa/ et aspera ĩ vias pla
nas. Et. L. videbit omnis caro salutare
dei. In. M. diebus aũt illis/ venit iohan
nes baptista predicãs in deserto iudee ⁊ di
cens/ Penitentiam agite. Appropinq̃bit
enim regnum celorum. Ip̃e. M. R. autez
iohãnes habebat vestimentuꝫ de pilis ca-
melorũ/ et zonam pelliceam circa lumbos
suos Esca aũt eius erat locuste et mel silue
stre Tunc exibant ad eũ. R. hierosolymite
vniuersi et. M. omnis. R. iudea. et. M.
omnis regio circa iordanem. et baptizabã
tur ab eo in iordane flumine. R. confiten-
tes. M. R. peccata sua. Videns. M. au-
tem multos phariseorum et saduceorum.
venientes ad baptismum suum/ et turbas
que exibant vt baptizarentur ab ip̃o. dixit
M. eis. Progenies genima. L. viperarũ
M. L. quis ostendit. L. vobis fugere a
ventura ira? Facite ergo fructꝰ dignos pe-
nitẽtie. Et ne ceperitꝫ. L. velitꝫ. M. dicere
intra vos. Patrẽ habemꝰ abraã. Dico enĩ
vobis/ quoniam potẽs est deus de lapidi-
bus istꝫ suscitare filios abrae. Jã enĩ securꝫ

Hic fuit homo missus a deo cui nomen erat iohannes.

ad radicē arboris posita est. Oīs ergo ar-
bor que nō facit fructū bonuz/excidet̄ et in
ignē mittet̄. Et. L. interrogabāt euz turbe
dicētes Quid ergo faciemus? Respōdens
aūt dicebat illis. Qui habet duas tunicas
det vnā nō habēti Et q̄ hēt escas/similiter
faciat. Venerūt aūt et publicani vt bapti-
zarent̄. Et dixerūt ad illū/ Magister quid
faciem⁹. At ille dixit ad eos. Nihil ampli⁹
q̄ quod constitutū est vobis faciatis. In-
terrogabāt aūt eū et milites dicētes. Quid
faciemus ⁊ nos? Et ait illis. Neminē ꝯcu
tiatis/neq̄ calumniā faciatꝫ. et cōtenti esto
te stipēdijs vestris Existimāte aūt populo
et cogitātibus oīb⁹ in cordib⁹ suis de iohā
ne/ne forte ip̄e esset xp̄s. Rn̄dit iohānes di
cēs omnib⁹. Ego. M. quidē. L. R. aq̄ ba
ptiso vos in penitentiā. M. Qui aūt post
me vētur⁹ est/fortior me est/cuius nō sum
dignus calciamēta portare. et. R. procum
bēs soluere. R. L. corrigiā calciamētoruz
eius. Ip̄e. M. vos. R. L. baptizabit ī spi
ritusctōet. R. igne. L. Cuius. M. L. vē
tilabrū in manu eius et ꝑmundabit ⁊ pur
gabit. L. areā suā. et congregabit triticum
in horreū suū. paleas aūt cōburet igni in-
extinguibili. Multa. L. quidē et alia ex-
hortās euāgelizabat populo. Et factuz. R
est in dieb⁹ illis Venit iesus a nazareth ga
lilee in iordanē. M. ad iohānem/vt bapti
zaretur ab eo Johānes aūt ꝓhibebat eum
dicēs. Ego a te debeo baptizari ⁊ tu venis
ad me? Respōdēs autem iesus dixit ei. L.
Sine modo. Sic enī decet nos adimple
re omnē iusticiā. tunc dimisit eū. Factū. L
est aūt dum baptizaret̄ omnis populus/et
iesu baptizato a iohāne in iordane. R. cō-
festim. M. ascēdit de aqua. Et. L. eo orā
te. Ecce. M. aperti sunt celi. Et vidit. R.
celos apertos et sp̄m̄sanctū dei. M. corpo
rali. L. specie descendentē. M. sicut colū
bam/et venientē sup̄ se et manentez. R. in
ip̄o. Et. M. ecce vox de celis facta. R. L.
est dicens. M. Hic est filius meus dilect⁹
in quo mihi complacui. Tu. R. L. es fili⁹
meus dilectus/in te. L. complacuit mihi.

De genealogia chri

Esti s̄m Lu. L. iij. ¶ Capi. xiij.
Et ip̄e iesus erat incipiens quasi
annorum. xxx. vt putabatur filius
ioseph. Qui fuit hely. Qui fuit mathat.
Qui fuit leui. Qui fuit melchi. Qui fuit
Janne. q̄ fuit ioseph. qui
fuit mathathie. qui fuit
amos. qui fuit naū. qui fu
it hesli. qui fuit nagge. q̄
fuit maath. q̄ fuit matha
thie. qui fuit semei. qui fu
it ioseph. qui fuit iuda. q̄
fuit iohāna. qui fuit resa.
qui fuit zorobabel. qui fuit salathiel. q̄ fuit
neri. qui fuit melchi. qui fuit addi. qui fuit
thosan. qui fuit elmadan. qui fuit her. qui
fuit iesu. qui fuit heliezer. qui fuit iorim. q̄
fuit mathat. qui fuit leui. qui fuit simeon.
qui fuit iuda. qui fuit ioseph. qui fuit iona
qui fuit elyachim. qui fuit melcha. qui fu-
it menna. qui fuit mathatha. qui fuit na-
than. qui fuit dauid. qui fuit iesse. qui fuit
obeth. qui fuit booz. qui fuit salmon. qui
fuit naason. qui fuit aminadab. q̄ fuit arā
qui fuit esrom. qui fuit phares. qui fuit iu-
de. qui fuit iacob. qui fuit ysaac. qui fuit
abrae. qui fuit thare. qui fuit nachor. qui
fuit saruch. qui fuit ragau. q̄ fuit phalech.
qui fuit heber. qui fuit sale. qui fuit caynā.
qui fuit arphaxat qui fuit sem. qui fuit noe
qui fuit lamech. qui fuit matusalem. q̄ fuit
enoch. qui fuit iareth. qui fuit malalehel.
qui fuit caynan. qui fuit enos. qui fuit seth
qui fuit adam. qui fuit dei.

¶ Glo Quomō Joseph duos h⁹ patres. s. heli legalē ⁊ iacob carnalez quere in postillis.

De ieiunio christi ⁊ tentatione. M. iiij. R. i. Lu. iiij. Ca. xiiij

Iesus aūt plenus spiritusancto re-
gressus est a iordane et statim. R.
spiritus expulit eum in desertū du
ctus. M. a spū in desertum vt tentaretur a
diabolo Et agebatur. L. in spū in desertū
Et erat. R. in deserto. xl. diebus ⁊. xl. nocti
bus et tentabat̄ a sathana et. L. nihil man
ducauit in illis diebus.
Eratq̄. R. cuz bestijs. Et
M. cum ieiunasset. xl. die
bus et. xl. noctibus cōsum
matis illis postea. M. esu
rijt. L. Et accedens. M.
tentator diabolus. L. dixit
M. L. illi. Si fili⁹ dei es
dic. M. vt lapides isti panes
fiāt. Dic. L. Lapidi huic vt panis fiat Et
M. rn̄dit ad illū iesus. Scriptū est enim
q̄ nō ī solo pane viuit hō sz ī oī v̄bo dei. L
q̄d p̄cedit. M. de ore dei. Tūc assūpsit illū
diabol⁹ ī scāz cītatē ⁊ duxit. L. illū ī hierl'm

Scd̄m narrationē luce mathe⁹ hic p̄occupat et incertum est q̄s fuerit ordo rei geste uide in postillis.

et. M. statuit. L. illũ supra pinaculũ tem/
pli et dixit illi. Si filiꝰ dei es mitte te deor
sum. Scriptũ est enim qr angelis suis man
dauit de te vt cõseruent. L. te r qr in mani
bus. M. toliẽt te ne forte offendas ad lapi
dẽ pedẽ tuũ. Ait illi iesus rursuz scriptũ est
Nõ tẽtabis dñm deũ tuũ r reducit. L. euz
diabolꝰ. Et. M. iterũ assumpsit eũ in mõ
tem excelsuz valde et oñdit ei oia regna mũ
di orbis. L. terre in momẽto tpis r gloriã
M. eoꝝ et ait. L. M. ei Tibi. L. ptãtem
dabo hãc vniuersam r gloriã. M. eorũ qr
mihi tradita sũt r cui volo do illa Hec. M
oia tibi dabor erũt tua oia si. M. cadẽs. A
adoraueris me. Tũc dixit illi iesus. Vade
M. sathana. Scriptũ. M. L. est enim do/
minũ deũ tuũ adorabis r illi soli seruies. Et
cõsummata. L. oi tentatõe diabolus reces
sit ab eo vsqꝫ ad tẽpus et reliqt. M. eũ Et
ecce angeli accesserũt r mĩstrabãt. M. R.
illi r regressꝰ ẽ iesus i virtute spũs i galileã.

De testimonis io/

bãnis de christo Joh. i. ¶ Capi. xv.

IOhãnes testimoniũ perhibet de ipo r da
mat dicens. Hic erat Pluries sibi venit
quẽ dixi. Qui post me vẽturus ẽ. añ me fa/
ctus est. q̃ prior me erat. Et de plenitudie
eius nos oñs accepimꝰ grãm p grã qr lex
per moysen da est. gratia r veritas p iesum
christũ facta ẽ. Deũ nemo vidit vnq̃ Uni
genitꝰ dei filiꝰ q̃ est in sinu patris. ipe enar
rauit. et hoc est testimoniũ iohãnis qñ mi/
serũt iudei ab hierosolymis sacerdotes r le
uitas ad eũ vt introgarẽt eũ Tu q̃s es? Et
cõfessus est. r nõ negauit. Et ꝛfessus est. qr
nõ sum ego xps. et interrogauerũt eum q̃d
ergo? Helias es tu? Et dixit. Nõ suz. pro
pheta es tu? Et rñdit nõ. Et interrogaue/
rũt eũ q̃s es vt respõsum demꝰ his q̃ mise/
rũt nos. Quid dicis de te ipo? ait. Ego vor
clamãtis in deserto dirigite viã dñi sicut di
xit esaias ꝓpheta. Et q̃ missi fuerãt erãt ex
phariseis. Et interrogauerũt r dixerunt ei
Quid ergo baptisas si tu nõ es xpus neqꝫ
helyas neqꝫ ꝓpheta? Rñdit iohãnes dicẽs
eis. Ego baptizo in aq̃. medi aũt vrm ste
tit quẽ vos nesciis. ipe ẽ q̃ post me vẽturꝰ ẽ
q̃ añ me factus ẽ cuiꝰ nõ suz dignꝰ vt soluã
eiꝰ corrigiã calciamẽti. Hec i bethania fa/
cta sũt trãs iordanẽ vbi erat iohes baptizãs
Altera die vidit iohãnes iesuz ad se veniẽ/
tem et ait. Ecce agnꝰ dei ecce q̃ tollit pctã
mũdi. Hicẽ de q̃ dixi. Post me venit vir q̃
añ me factꝰ ẽ. q̃ por me erat r ego nesciebã
eũ. sz vt manifestaret i isrl. ꝓterea veni ego
in aq̃ baptizãs. Et testimoniũ phibuit io/
hãnes dicẽs. Quia vidi spm̃ descendentez
quasi colũbã de celo r mansit sup eũ et ego
nesciebã eũ. sed q̃ misit me in aq̃ baptizare
ille mihi dixit. Sup quez videris spm̃ de/
scẽdentẽ r manentẽ sup eũ hic est q̃ bapti/
zat in spũsctõ. Et ego vidi et testimonium
perhibui quia hic est filius dei.

De vocatione an/

dree petri philippi r nathanael. Jo. i. La
pi. xvi.

ALtera aũt die stabat ite
rũ iohãnes et ex discipulis eiꝰ duo
et respiciẽs iesum ambulãtẽ dixit.
Ecce agnꝰ dei. Et audierũt eũ duo discipu
li loquentẽ r secuti sũt iesũ. Cõuersus aũt
iesus vidẽs eos seq̃ntes se dixit eis. quẽ q̃
ritis? q̃ dixerũt ei Rabbi qõ dicit interpta
tũ magister vbi habitas? Dicit eis. Veni
te et videte. Venerũt r viderũt vbi mane/
ret. r apud eũ mãserũt illo die. Hora autez
erat q̃si decima. Erat aũt Andreas frater
simonis petri vnꝰ ex duobꝰ q̃ audierãt a io
hãne r secuti fuerãt eũ. Inuenit h primum
fratrẽ suũ simonẽ et dixit ei Inuenimꝰ mes
siam quod est interptatũ xps r adduxit eũ
ad iesum. Intuitꝰ aũt eũ iesus dixit tu es si
mon filiꝰ iohãna tu vocaberis cephas qõ
interptat petrꝰ. In crastinũ voluit exire in
galileã r inuenit philippũ. Et dicit ei iesꝰ
seq̃re me. Erat aũt philippus a bethsaida
ciuitate andree et petri. Inuenit philippꝰ
Nathanael et dicit. Quẽ scpsit moyses i le
ge r ꝓphete. Inuenimꝰ iesuz filiũ ioseph a
nazareth r dicit Nathanael. A nazareth
põt aliq̃d boni eẽ? Dicit ei philippꝰ. Ve/
ni et vide. Vidit iesus nathanael veniẽtez
ad se r dicit de eo. Ecce vera israelita i quo
dolus nõ ẽ. Dicit ei Nathanael vñ me no
sti? Rñdit iesus r dixit ei. priusq̃ te philip
pus vocaret cũ eẽs sub ficu vidi te. Rñdit
ei nathanael r dixit. Rabbi tu es filius dei
tu es rex isrl. Rñdit iesus r dixit ei. Quia
dixi tibi vidi te sub ficu credis maiꝰ his vi
debis. Et dicit eis. Amen amen dico vo/
bis. Videbitis celum apertum et angelos
dei ascendentes et descendentes super fili/
um hominis.

De mutatiõe aque in vinum Johãnis.ij. Capi.xvij.

Et tertia die. Nuptie facte sunt in chana galilee et erat mater iesu ibi vocatus est aũt iesus et discipuli eiꝰ ad nuptias. Et deficiente vino dixit mater iesu ad eũ. vinũ nõ hãt. Et dixit ei iesus Quid mihi et tibi est mulier? Nondũ venit hora mea. dicit mater eiꝰ mĩstris qõcunq; dixerit vobis facite. Erãt aũt ibi lapidee ydrie sex posite fm purificationẽ iudeoꝝ capiẽtes singule metretas binas vel trinas. Dicit eis iesus Implete ydrias aq̃. ⁊ impleuerũt eas vsq; ad summũ. Et dicit eis iesus haurite nũc. et ferte. Architriclino ⁊ tulerũt Ut aũt gustauit architriclinus aquã vinũ factã et nõ sciebat vnde eẽt. mĩstri aũt sciebãt qui hauserãt aquã. vocat spõsum architriclinus ⁊ dicit ei. Omis hõ primũ bonũ vinũ ponit et cũ inebriati fuerint tũc id qd̃ deterius est. tu aũt seruasti vinũ bonũ vsq; ad huc. Hoc fecit initiũ signoꝝ iesus in chana galilee ⁊ manifestauit gloriã suã et crediderũt in eum discipuli eius.

De primo aduẽtu eius ad pascha. Et soluite templũ hoc Johannis.ij. Capi.xvij.

Post hoc descẽdit in capharnaum ipse et mater eius et fratres eiꝰ ⁊ discipuli eiꝰ ⁊ ibi mãserũt nõ multis diebus. Et ꝓpe erat pasca iudeoꝝ Et ascẽdit iesus hierosolimã et inuenit in tẽplo vẽdentes boues ⁊ oues ⁊ colũbas et numularios sedẽtes. Et cũ fecisset q̃si flagellũ de funiculis oẽs eiecit de tẽplo. Oues quoq; et boues et numulariorũ effudit es. et mensas subuertit. Et his q̃ colũbas vẽdebãt dixit Auferte ista hinc ⁊ nolite facere domũ patris mei domũ negociatiõis. Recordati vero sunt discipuli eiꝰ qꝛ scriptũ est zelus domus tue comedit me. Respõderũt ergo iudei et dixerũt ei. Qd̃ signũ ostẽdis nob quia hec facis? Respõdit iesus ⁊ dixit eis soluite tẽplũ hoc ⁊ in triby dieby excitabo illud. Dixerũt ergo ei iudei. q̃draginta ⁊ sex annis edificatũ est tẽplũ hoc ⁊ tu triby diebus excitabis illud. Ille aũt dicebat de tẽplo corpis sui. Cũ ergo surrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eiꝰ qꝛ hꝰ dicebat. Et crediderũt scpture et ꝓmoni quẽ dixerat iesus. Cũ esset hierosolymis in pascha in die festo multi crediderũt in nõe eiꝰ Videntes signa q̃ faciebat. Ipse aũt iesus non credebat semetipm eis eo qꝛ ipse nosset oẽs Et qꝛ opꝰ ei nõ erat. vt q̃s testimoniũ phiberet de hoie. Ipse enĩ sciebat q̃d eẽt ĩ hoie

Collligit ex euãgelio io. q̃ xp̃s fuit ad minꝰ ad triplex pascha. licet alij euãgeliste de vnico solum faciũt mentionem. et inde venit apud aliquos naturaliter rationis cõfusio ponentes hoc pascha cuz vltimo

De Nicodemo. Johannis.iij. Capi.xix.

Erat autẽ hõ ex phariseis Nicodemus noie pnceps iudeoꝝ ⁊ hic venit ad iesum nocte ⁊ dixit ei. Rabi scimꝰ qꝛ a deo venisti magister. Nemo enĩ põt hec signa facere q̃ tu facis nisi fuerit deꝰ cũ eo. Rñdit iesus ⁊ dixit ei. Amẽ amẽ dico tibi. Nisi q̃s renatꝰ fuerit denuo nõ põt videre regnũ dei. Dixit ad eũ Nicodemꝰ. quõ pt hõ nasci cũ sit senex? Nunq̃d põt in vẽtrez matris sue iterato introire ⁊ renasci? Respõdit iesus Amẽ amẽ dico tibi nisi q̃s renatꝰ fuerit ex aq̃ ⁊ spũ nõ põt introire in regnuz dei. qd̃ natũ ẽ ex carne caro est ⁊ quod natũ est ex spũ spũs est. Nõ mireris qꝛ dixi tibi. oportet vos nasci denuo. spũs vbi vult spirat ⁊ vocẽ eius audis et nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est oĩs q̃ natꝰ est ex spũ. Rñdit nicodemꝰ et dixit ei. Quõ pñt hec fieri. Rñdit ei ieꝰ ⁊ dixit ei. Tu es magister in israel ⁊ hec ignoras? Amẽ amẽ dico tibi qꝛ qd̃ scimus loq̃mur ⁊ qd̃ vidimus testamur ⁊ testimoniũ nr̃m non accipitis. Si terrena dixi vobis et nõ creditis quomodo si dixero vobis celestia credetis. Et nemo ascẽdit in celũ nisi q̃ descẽdit de celo filiꝰ hois q̃ ẽ ĩ celo. Et sic moyses exaltauit serpẽtẽ ĩ deserto ita exaltari oportet filium hois vt oĩs q̃ credit in illo nõ pereat sed habeat vitã eternã? Nõ enĩ misit deꝰ filiũ suũ in mõm vt iudicet mõm ſz vt saluet mũdus ꝑ ipz. Qui credit ĩ eũ nõ iudicat Qui ãt nõ credit iaz iudicat ẽ qꝛ nõ credit ĩ noie vnigeniti filij dei. Hꝰ ẽ ãt iudiciũ qꝛ venit lux in mõm ⁊ dilexerũt hoies magꝭ tenebras q̃z lucẽ. Erãt enĩ eoꝝ mala opa. Omis enĩ q̃ male agit odit lucẽ ⁊ nõ venit ad lucẽ vt nõ arguãt opa eiꝰ. q̃ aũt fac̃ vitatẽ venit ad lucẽ vt manifestent opa eiꝰ qꝛ in deo sunt facta.

De ꝗrela q̃ iesus baptizat. Jo.iij. Ca.xx.

POst hoc venit Jesus in iudeā terrā ⁊ discipuli eius ⁊ illic demorabatur cū eis ⁊ baptisabat. ¶ Erat autē ⁊ iohānes baptisans in ennon iuxta salim quia aque multe erāt illic ⁊ veniebāt multi ⁊ baptisabant. Nondū enī fuerat missus Johānes in carcerem. Facta est ergo questio ex discipulis Johānis cū iudeis de purificatōne. ⁊ veniebāt ad Johannē ⁊ dixerūt ei Rabbi q̄ erat tecum trās iordanē cui tu testimonium phibuisti. Ecce hic baptisat ⁊ omnes veniunt ad eum. Respōdit iohes ⁊ dixit. Non pt homo accipe quicq̄ nisi fuerit ei datū de celo. ipsi vos mihi testimoniū phibetis q̄ dixerim. ego nō sum xps/sed qr missus sum añ illum. Qui habet spōsam spōsus est. Amicus autē spōsi q̄ stat ⁊ audit eum. gaudio gaudet ꝓter vocē sponsi Hoc ergo gaudiū meū impletū est. Illuz oportet crescere me autē minui. qui desursuz, est sup oīmes est. q̄ est de terra de terra est/ ⁊ de terra loq̄tur. qui de celo venit sup oīmes est ⁊ qd̄ vidit ⁊ audiuit hoc testat̄ et testimoniū eius nemo accipit Qui autez accipit eius testimoniū signauit. qr deus verax est. quē enīz misit deus verba dei loquit̄. Non enī ad mensurā dat deus spm̄ Pater diligit filiū ⁊ oīmia dedit in manu eius. Qui credit in filiū habet vitā eternā qui autē incredul⁹ est filio/ nō videbit vitam sed ira dei manet sup eum.

Non per se sed per discipulos suos. vt dicitur infra.

De incarnatione iohannis. M. xiiij. R. vi. L. iij. La. xxi.

HErodes. L. autē tetrarcha cū corriperet a Johanne de herodiade vxore philippi R. fratris sui quia duxerat eaz. ⁊ L. de oīmibus malis q̄ fecit herodes. Dicebat. M. enī illi iohannes. Non licet tibi habere. R. vxorē fratris tui: Adiecit. L. ⁊ hec herodes sup oīmia tenuit. M. iohannē ⁊ alligauit eum et posuit M. L. eum in carcerē propter. M. herodiadem vxorē fratris sui Herodias M. autē insidiabat̄ ei ⁊ volebat occidere eum nec poterat Herodes autē metuebat Johannē. sciens eū virū sanctū ⁊ iustū. ⁊ M. volens eum occidere timuit populū qr sicut prophetā eum habebāt ⁊ custodiebat R. eum ⁊ audito eo multa faciebat ⁊ libenter eum audiebat.

De iudea relicta a christo ⁊ de samaritana. M. iiij. R. i. L. iiij. J. iiij. ¶ La. xxij.

CUm. M. autē audisset Jesus q̄ iohānes traditus eēt. et vt. J. cognouit q̄ audierūt pharisei q̄ Jesus plures discipulos facit et baptisat q̄z iohānes q̄q̄z iesus nō baptisaret sed discipuli eius. secessit. M. reliq̄t. J. iudeam et abijt et L. regressus est in virtute spiritus et. L. R. venit in galileā. M. R. L. J. Oportebat J. eum autē trāsire p samariā Venit ergo iesus in ciuitatē samarie que dicit̄ sichar iuxta pdiū qd̄ dedit iacob ioseph filio suo. Erat autē ibi fons iacob iesus quoq̄z fatigatus ex itinere sedebat sic sup fontez. Hora autē erat quasi sexta Venit mulier de samaria haurire aquā Dicit ei iesus. Da mihi bibere. Discipuli autez eius abierāt in ciuitatē vt cibos emerent. Dicit ergo mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cum sis/a me bibere poscis que sum mulier samaritana? Nō enīz coutūtur iudei samaritanis Rñdit Jesus et dicit ei. Si scires donū dei ⁊ quis est q̄ dicit tibi da mihi bibere tu forsitan petiisses ab eo ⁊ dedisset tibi aquā viuaz. Dicit ei mulier. Dñe neq̄z in quo haurias hēs puteus altus est. Vnde ergo habes aquā viuam? Nunq̄d tu maior es patre nostro iacob qui dedit nobis puteū istū. et ipse ex eo bibit ⁊ filij eius ⁊ pecora eius. Rñdit iesus ⁊ dixit ei. Omnis qui bibit ex aq̄ hac sitiet itez. qui autē biberit ex aqua quam ego ei dabo nō sitiet in eternū. sed aq̄ quā ego dabo fiet in eo fons aque salientis in vitam eternā. Dicit ad eū mulier. Domine da mihi hanc aquā vt nō sitiam neq̄z veniam huc haurire Dicit ei iesus Vade voca virū tuum ⁊ veni huc. Rñdit mulier ⁊ dixit. Non habeo virū. Dicit ei iesus. Bene dixisti quia nō habeo virū. quinq̄z enī viros habuisti ⁊ nūc quē habes nō est tuus vir. hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Dñe vt video quia ꝓpheta es tu. Patres nostri adorauerūt in mōte hoc. ⁊ vos dicitis qr ierosolimis est locus vbi oportet adorare Dicit ei Jesus Mulier crede mihi qr veniet hora quādo nec in mōte hoc neq̄z in ierosolimis adorabitis patrē Vos adoratis qd̄ nescitis. nos adoram⁹ qd̄ scim⁹ qr salus ex iudeis est. Sed venit hora ⁊ nūc

est quãdo veri adoratores adorabunt pa
trem in spiritu ⁊ veritate. Nam ⁊ pater ta
les querit q̃ adorent eũ. Spũs est deus ⁊
eos q̃ adorãt eũ. in spiritu ⁊ veritate oport
et adorare. Dicit ei mulier. Scio q⁊ mes
sias venit qui dicit xp̃s. Cuz ergo venerit
ille nobis annũciabit oẽia. Dicit ei Je
sus Ego sum qui loquor tecũ Et cõtinuo
venerũt discipli eius ⁊ mirabanẽ quia lo
quebat mulier. Nemo tamẽ dixit q̃d que
ris aut q̃d loq̃ris cũ ea Reliquit ergo ydri
am suam mulier ⁊ abijt in ciuitatẽ ⁊ dicit
illis hominib̃. Venite ⁊ videte hoĩem q̃
dixit mihi oẽia quecũq̃ feci. Nunq̃d ip
se est xp̃s? Exibant de ciuitate ⁊ veniebãt
ad eũ Interea rogabãt eum discipuli dicẽ
tes. Rabbi manduca Ille autem dixit eis
Ego cibũ habeo manducare quẽ vos ne
scitis Dicebãt ergo discipuli eius adinui
cem. Nunq̃d aliq̃s attulit ei manducare?
Dicit eis iesus Meꝰ cibus est vt faciã vo
luntatẽ patris mei q̃ misit me vt pficiam
opus eiꝰ. Nonne vos dicitis q⁊ adhuc q̃
tuor mẽses sunt ⁊ messis venit? Ecce ego
dico vobis leuate oculos vestros ⁊ videte
regiões q⁊ albe sunt iam ad messem. ⁊ q̃
metit: mercedẽ accipit ⁊ congregat fructũ
in vitam eternã vt ⁊ qui seminat simul gau
deat ⁊ qui metit. In hoc enĩ verbũ est verũ
quia aliꝰ est qui seminat alius est qui metit.
Ego misi vos metere q̃ vos nõ laborastis
Alij laborauerũt ⁊ vos in labores eoꝝ in
troistis. Ex ciuitate autẽ illa multi credi
derũt in eũ samaritanorũ ꝓpter verbũ mu
lieris testimoniũ phibẽtis quia dixit oĩa
quecũq̃ feci. Cum venissent ergo ad illũ
samaritani rogauerũt eũ vt ibi maneret ⁊
mãsit ibi duos dies. Et multo plures cre
diderũt ꝓpter sermonẽ eius. Et mulieri di
cebãt quia iã nõ propter tuã loquelã cre
dimus. ipsi enĩ vidimꝰ ⁊ scimus q⁊ hic est
vere saluator mundi ¶ Post duos autem
dies exijt inde ⁊ abijt in galileã Ipse enim
iesus testimoniũ phibuit quia ꝓpheta in
sua patria honorẽ nõ habet. Cũ ergo ve
nissz in galileã exceperũt eũ galilei cũ om
nia vidissent que fecerat ierosolimis ĩ die
festo. Et enĩ ipsi venerãt ad diem festum.

¶ De filio reguli. Jo. iiij. ¶ Ca. xxiij.

Venerat ergo iterũ in chana gali
lee vbi fecerat de aqua vinum. Et
erat quidã regulus cuiꝰ filius in
firmabat capharnaũ. Hic cuz audisset q̃
iesus aduenirẽt a iudea in galileam. abijt
ad eum. ⁊ rogabat eũ vt descenderet et sa
naret filiũ eius Incipiebat enĩ mori. Di
xit ergo iesus ad eũ Nisi signa ⁊ prodigia
videritis non creditis. Dicit ad eũ regu
lus. Domine descende priusq̃z moriatur
filiꝰ meus. Dicit ei Jesus. Vade filius tu
us viuit. Credidit homo sermoni quẽ di
xit ei Jesus ⁊ ibat. Jam autẽ eo descendẽ
te serui occurrerũt ei ⁊ nũciauerunt dicen
tes q⁊ filius eius viueret. Interrogabat au
tem horã ab eis in qua melꝰ habuerat Et
dixerũt ei. quia heri hora septima reliquit
eum febris. Cognouit ergo pater q⁊ illa
hora erat in qua dixit ei Jesus filius tuus
viuit/ et credidit ipse et domus eius tota.
Hoc iterũ scõm signũ fecit iesus cum ve
nisset a iudea in galileam.

¶ De libri traditiõe ipsi Jesu et eiectõne
eius extra ciuitatẽ. Et relicta nazareth ve
nit capharnaũ. M. iiij. R. i. L. iiij. J. iiij

Capitulum. xxiij.

Et fama. L. exijt per vniuersam re
gionẽ de illo. Et ipse docebat in
synagogis eorũ ⁊ magnificabat ab omni
bus ⁊ venit nazareth vbi erat nutritus Et
intrauit ꝓm cõsuetudinẽ suã die sabbati
in synagogã Et traditus est illi liber ysaie
prophete. Et vt reuoluit librũ inuenit lo
cum vbi scriptũ erat. Spũs domini sup
me propter q̃ vnxit me. euãgelisare pau
peribꝰ misit me. sanare cõtritos corde. ⁊ p̃
dicare captiuis remissionẽ ⁊ cecis visum/
dimittere cõfractos in remissionẽ / predi
care annũ domini acceptũ ⁊ diẽ retributõ
nis. Et cum plicuisset librũ dedit mini
stro ⁊ sedit. Et omniũ in synagoga oculi
erant intẽdentes in eũ. Cepit autẽ dicere
ad illos quia hodie impleta est hec scp̃tu
ra in auribus vestris. Et omnes testimo
niũ illi dabãt ⁊ mirabãtur ĩ verbis gratie
que pcedebãt de ore illius ⁊ dicebãt. Non
ne hic est filiꝰ ioseph? Et ait illis vtiq̃z di
cetis mihi hanc similitudinẽ. Medice cu
ra teipsum. Quanta audiuimꝰ facta in ca
pharnaũ. fac ⁊ hic in patria tua. Ait autẽ
Amen dico vobis q⁊ ne
mo ꝓpheta acceptus est
in patria sua. In veri
tate dico vobis multi vi
due erant in diebꝰ helye
in israel/ quãdo clausuz
est celũ annis tribus et

Colligit ex hoc iã xp̃m antea mlta fecisse signa. q̃ lucas se nõ narrasse sciebat. fecit et multa q̃ non sunt scripta.

mensibꝫ sex quãdo facta est fames magna in omni terra ⁊ ad nullã illaꝝ missus est helias nisi in sarepta sydonie ad mulierẽ viduã. Et multi leprosi erãt in israel sub helyseo prophꝫ ⁊ nemo eorũ mũdatus est nisi naamã syrus Et repleti sunt omnes in synagoga ira hec audiẽtes. Et surrexerũt et eiecerũt illũ extra ciuitatẽ ⁊ duxerũt illum vsqꝫ ad supcilium mõtis sup quẽ ciuitas eorũ erat edificata vt ꝓcipitarẽt eum. Ipe autẽ transiẽs p medũ illorũ ibat. Et relicta. M. ciuitate nazareth descẽdit. L. venit. M. ⁊ habitauit in capharnaũ ciuitatem. L. galilee maritimã. M. in finibus zabulon ⁊ neptalim. vt adimplerek qd̃ dictũ est p ysaiã ꝓphetam. Terra zabulon et terra neptalim via maris trãs iordanẽ galilee gentiuꝫ populus q̃ ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnã. Et sedentibꝫ in regione vmbre mortis luxorta est eis Ex inde cepit iesus predicare euangeliũ R. regni dicens Quoniã impletũ est tps penitentiã. M. agite ⁊ credite. R. euãgelio. appropinquabit. M. R. enĩ regnũ celorum

¶ De vocatõne scõa aplorũ ad familiaritatem. L. v. ¶ Ca. xxv.

Factum est autẽ cũ turbe irruerent in iesum vt audirẽt verbũ dei ⁊ ipse stabat secus stagnũ genezareth et vidit duas naues stantes secus stagnũ. Piscatores autem descenderãt ⁊ lauabãt retia. Ascendẽs autẽ in vnã nauĩ que erat simonis rogauit eũ a terra reducere pusillum. Et sedẽs docebat de nauicula turbas Ut cessauit autẽ loqui dixit symoni. Duc in altũ ⁊ laxate retia vestra in capturã. Et respondẽs symon dixit illi. Preceptor p totam noctẽ laborãtes nihil cepimꝰ In verbo autẽ tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent cõcluserũt pisciũ multitudinẽ copiosam. Rumpebaꝫ autẽ rete eorũ Et annuerunt socijs suis qui erãt in alia nauĩ vt venirẽt et adiuuarẽt eos ⁊ venerũt ⁊ impleuerunt ambas nauicl'as ita vt pene mergerẽtur. Quod cũ videret symon petrꝰ procidit ad genua iesu dicens. Exi a me dñe q̃ homo pctor ego sum. Stupor enĩ circũdederat eum ⁊ omnes qui cũ illo erãt in captura pisciũ quã ceperãt. Similr autẽ et iacobũ et iohannẽ filios zebedei qui erãt socij symonis Et ait ad symonẽ iesus Noli timere. ex hoc iã eris hoies capiẽs ⁊ subductis ad terrã nauibꝫ relictis oibus secuti sunt illum.

¶ De tertia vocatõne ad sequelã. M. iiij. R. i. ¶ Capitulum. xxvi.

Obulans. M. autẽ iesus ⁊ R. pteriens iuxta. M. mare R. galilee vidit duos. M. fratres simonẽ. M. R. q̃ vocaꝫ petrus ⁊ andreã fratrẽ eiꝰ mittentes rete in mare. Erant enĩ piscatores. Et. R. ait. M. illis Jesus Venite post me faciam vos fieri piscatores hominũ. At. M. illi R. ꝓtinuo relictis retibꝫ ⁊ nauĩ secuti sunt eũ Et. R. pgressus. M. inde pusillũ. vidit. M. R. alios duos fratres Jacobũ zebedei ⁊ iohãnem fratrẽ eiꝰ in nauĩ cũ zebedeo patre eorũ reficiẽtes cõponẽtes. R. retia M. eoꝝ Et. M. statĩ R. vocauit eos Illi. M. autẽ. R. statĩ relictis retibꝫ ⁊ prẽ M. R. suo zebedeo in nauĩ cum mercenarijs suis secuti. M. R. sunt eum.

Non est ꝓbabile dicere vocatiõz istã esse eandẽ cũ precedẽti licꝫ scõo modo fiat narratio. nõ tamen cõtrario. quãq̃ fileaꝫ hic de capka pisciũ.

¶ De expulsiõe immũdi demonij ⁊ sanatione oĩs languoris. M. iiij. R. i. L. iiij. ¶ Capitulum. xxvij.

Et ingrediebaꝫ capharnaũ Et statim sabbatis ingressus in synagogã docebat eos. Et stupebãt sup doctrina eius. Erat enĩ docens eos q̃si ptãtem habẽs ⁊ nõ sicut scribe. qr. L. in potestate erat fmo ipsius. Et in sinagoga. R. eorũ erat hõ. L. R. demoniũ habẽs immũdũ. Et exclamauit voce magna dicẽs. Sine. q̃d nobis et tibi iesu nazarene Venisti. L. añ tempus pdere L. R. nos. Scio q̃ enĩ sis sanctus dei. Et cõminatus. R. est eũ iesus ⁊ increpauit euꝫ dicens Obmutesce. L. R. et exi ab illo Et discerpẽs illũ spiritus immũdus ⁊ exclamãs voce mgna exiuit ab eo. Et L. cũ piecisset illũ demonium in medũ exijt ab illo nihilq̃ illi nocuit. Et factꝰ est pauor in omnibus ⁊ R. mirati sunt omnes ita vt pquirerẽt inter se ⁊ colloq̃bantur. L. adinuicẽ dicẽtes. Quidnã R. est hoc q̃ nã doctrina hec noua q̃ ꝗ est hoc verbum quia in ptãte ⁊ virtute imperat immũdis spiritibus ⁊ exeũt ⁊ obediũt ei. Et pcessit rumor eius statĩ Et. L. diuulgabaꝫ fama de eo in omnẽ locũ et. R. regionẽ galilee. Et circũibat M. iesus totã galileã docẽs

Attendite q̃ ibi plies fuit

Aug. dicit li. 8 vltimo. q̃ nõ nocuit discerpẽs. id ẽ mẽbra nõ debilitauit sicut aliq̃ndo solet

in synagogis eorũ et predicãs euangeliũ
regni ⁊ sanans omnẽ languorẽ ⁊ omnem
infirmitatẽ in populo Et abiit opinio ei⁹
in totam syriã Et obtulerũt ei omnes ma
le habẽtes varijs languoribꝫ ⁊ tormentis
comphensos ⁊ qui demonia habebãt ⁊ lu
naticos ⁊ paraliticos ⁊ curauit eos. Et se
cute sunt eũ turbe multe de galilea ⁊ deca
poli et de ierosolimis ⁊ de iudea ⁊ de trãs
iordanem.

De socru simonis

M. viij. R. i. L. iiij. Capitu. xxviij

Surgens autẽ Iesus de synagoga
et ptinus egredientes de synago
ga venerũt in domũ symonis pe
tri. M. ⁊ andree. R. cum iacobo ⁊ iohan
ne. Decũbebat autẽ et socrus symonis et
tenebaꝫ. L. magnis febribus. Et. M. vi
dit socrum eius iacentẽ. ⁊ R. febricitantẽ.
Et statim dicũt ⁊ rogauerũt. L. eum p il
la. Et stans sup illam Impauit febri et R.
accedens eleuauit eã apprehẽsa manu ei⁹
et cõtinuo dimisit eam febris ⁊ M. surre
xit ⁊ ministrabat. L. M. R. eis. Vespere
R. autẽ facto cũ occidisset sol L. omnes q̃
habebãt infirmos varijs languoribꝫ du
cebant illos ad eũ. Afferebãt ad eum om
nes male habẽtes ⁊ multos M. R. demo
nia habentes Et erat omnis ciuitas cõgre
gata ad ianuã. Et ille singulis man⁹ im
ponẽs curabat eos. multos. R. qui vexa
baneꝫ varijs languoribꝫ ⁊ demonia multa
eijciebat et spiritus. M. immũdos verbo
Et omnes male habentes curauit vt adi
pleretur quod dictũ est p isaiam ꝓphetã dicẽ
tem. Ipse infirmitates nostras accepit et
egrotatões nostras ipse portauit Exibãt.
L. autẽ demonia a multis clamãtia ⁊ di
centia. Quia tu es xps filius dei Et increpãs. nõ. L. R. sinebat ea loq̃ quia sciebãt
eum esse xpm Et. R. diluculo valde facto
die surgẽs egressus abiit in desertũ locum
ibiq̃ orabat Et. L. turbe req̃rebãt eũ Et
R. pscutus est eum symon et qui cũ illo
erãt Et cũ inuenissent eũ dixerũt ei Quia
omnes querũt te. Et dixit
illis. Eamus in primos vi
cos ⁊ ciuitates vt ⁊ ibi pdi
cem. ad hoc enim veni Et. L.
venerũt turbe ad xpm ⁊ deti
nebãt eum ne discederet ab eis Quib⁹ ille
ait. Quia et alijs ciuitatibus oportet me
euangelisare regnũ dei quia ideo missus
sum. Et. R. erat. L. predicãs in sinagogis
eorum et in omni galilea ⁊ demonia eijciẽs

Fuit inter pdicatõs istas sermo domini in mon: et

De vocatiõe mathei que fm august. fa
cta est ante sermonẽ dñi in monte. M. ix
R. ij. L. v.

Capitulũ. xxix

Et. L. post hoc exijt Et. M. dum
trãsiret inde Egressus. R. rursus
ad mare omnisq̃ turba veniebat
ad eũ ⁊ docebat eos Et cum pteriret vidit
L. M. ihs R. publicanu
nomie leui alphei. R. Ma
theum. M. sedentem. R. L.
in teloneo Et ait illi. Se
quere me. Et. L. relictis oi
bus surgens. L. M. R. se
cutus est eum.

Repetit post modũ vocatõ mathei vt cõmẽorat prandiũ quod fecit ei.

De electiõe. xij. apostolorũ et sermone
domini in monte habor qui cõtinet mlt
as rubricellas pro multitudĩe doctrina
rum. M. v. vi. vij. capitulis. per totuz. R
iij. L. vi. xi. et. xij

Capi. xxx.

Factũ. L. est autẽ in diebus illis
exiens ascendit. R. in montẽ ora
re. Et erat. L. pno
ctans in oratõne dei. Et cũ
dies fact⁹ fuisse vocauit di
scipulos quos voluit ipse ⁊
venerũt ad eum. Et fecit vt
essent duodeci cum illo. Et
vt mitteret illos predicare ⁊
dedit illis ptãtem curandi
infirmitates ⁊ eijciendi de
monia quos. L. et aposto
los nominauit Symonem
quẽ cognominauit Petrũ
et Andream fratrẽ eius. Et
iacobũ zebedei. R. ⁊ iohan
nem fratrẽ iacobi Et impo
suit eis nomina boanerges
quod est filij tonitrui. Phi
lippum. L. R. ⁊ bartholo
meũ Matheũ ⁊ Thomã Ja
cobum alphei et Symonẽ
qui vocabaꝫ zelotes chana
neum R. iudam. L Jacobi
thadeũ. R. et iudam. L. qui fuit proditor
qui. R. tradidit eum Et. L. descendens ie
sus de monte cum illis stetit in loco cam
pestri ⁊ turba discipulorũ eius ⁊ multitu
do copiosa plebis ab omni iudea ⁊ hieru
salem ⁊ maritima ⁊ tyri ⁊ sidonis qui vene
rant vt audirent eũ ⁊ sanarentur a lãguoribꝫ

Glo. Probabile ẽ q̃ fuerit idẽ sermo quem Matheus et lucas narrãt sicut hic connectit. Nihilominus probabilis est altera pars q̃ fuerint disuncti pro diuersis temp̃ibus locis et p̃sonis. non enim mirabile est si xps pluries similia fecit. dixit ⁊ docuit. Et hoc per totũ huius narrationis contextũ vbi silia conjungũtur habeaꝫ ãnotatũ

suis. Et q̄ vexabant̄ a spiritib⁹ immūdis curabant̄ Et oīs turba querebat illū tangere quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Videns M. autē Jesus turbas ascendit in montē. Et cū sedisset accesserūt ad eum discipuli eius. ⁊ L. ipse eleuatis oculis in discipulos suos. ⁊ M. apiens os suū docebat eos dicens Beati. M. L. pauperes spiritu quoniam ipsorū est regnū celorū.

Vel vnde prius descenderat. vt dicit Lu. vel imaginande sunt due ptes mōtꝫ vna bassior altera.

Beati mites M. quoniā ipsi possidebūt terrā. Beati qui lugent quoniā ipsi consolabūtur. Beati qui esuriūt ⁊ sitiunt iusticiam quoniā ipsi saturabūtur. Btī misericordes quoniā ipsi misericordiā consequētur Beati mundo corde quoniā ipsi deū videbunt. Beati pacifici quoniā filij dei vocabūtur. Beati qui ꝑsecutionē patiūtur propter iusticiā quoniā ipsorū est regnū celorum Beati eritis cum vos oderint homines ⁊ cum sepauerīt vos ⁊ exprobrauerint ⁊ eiecerint nomē vestrū tanq̄ malū. propter filiū hominis. Beati estis cum maledixerīt vobis homines ⁊ ꝑsecuti vos fuerint ⁊ dixerint om̄e malū aduersum vos mentientes propter me. Gaudete in. L. illa die et exultate. M. quoniā merces vestra copiosa est in celis. Sic M. enī L. ꝑsecuti sunt et prophetas qui fuerūt ante vos patres. L. eorum. Verūtamen ve vobis diuitib⁹ qui habetis consolatōem vestrā. Beati q̄ nunc esuritis quoniā saturabimī. Beati qui nūc fletis quia ridebitis Ve vobis q̄ saturati estis/ q̄ esurietis. Ve vobis qui nunc ridetis/ q̄ lugebitis et flebitis. Ve vobis cum bn̄dixerint vos omnes homines. Secundū enī hoc faciebant pseudo prophete patres eorum ¶ Vos estis sal terre Qd̄ si sal euanuerit in quo salietur. Ad nihilū valet vltra nisi vt mittat̄ foras ⁊ conculcet̄ ab hoībus Vos estis lux mūdi. Non potest ciuitas abscōdi supra mōtem posita neq̄ accendūt lucernam ⁊ ponunt eam sub modio sed sup candelabrū vt luceat om̄ibus qui in domo sunt Sic luceat lux vestra corā hominib⁹ vt videāt opera vestra bona ⁊ glorificēt patrē vestꝝ qui in celis est ¶ Nolite putare quoniā veni soluere legem aut prophetas. nō veni soluere sed adimplere. Amē quippe dico vobis donec trāseat celum ⁊ terra. iota vnuꝫ aut vnus apex nō preteribit de lege donec om̄ia fiant. Qui ergo soluerit vnū de mandatis istis minimis ⁊ docuerit sic homines minim⁹ vocabit̄ in regno celorum. Qui autē fecerit et docuerit hic magnus vocabit̄ in regno celoꝝ. Dico enim vobis quia nisi abūdauerit iusticia vestra plus q̄ scribarū ⁊ phariseorū non intrabitis in regnum celorū ¶ Audistis q̄ dictū est antiquis. Non occides qui autē occiderit/ reus erit iudicio. Ego autē dico vob̄ quia omnis/ qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autē dixerit fratri suo racha reus erit concilio qui autem dixerit fratri suo fatue re⁹ erit gehenne ignis. Si ergo offers mun⁹ tuū ad altare. et recordatus ibi fueris quia frater tuus habet aliq̄d aduersuꝫ te. relinque ibi mun⁹ tuū ante altare et vade prius recōciliari fratri tuo. et tūc veniens offeres munus tuū. Esto consentiēs aduersario tuo cito dum es in via cū eo ne forte aduersarius tradat te iudici et iudex tradat te ministro ⁊ in carcerem mittaris. Amen dico tibi. Non exibis inde donec reddas nouissimū quadrantē. ¶ Audistis quia dictū est antiquis Non mechaberis. Ego autem dico vobis quoniā omnis q̄ viderit mulierē ad cōcupiscendū eam iam mechatus est eaꝫ in corde suo. Ex si oculus tuus dexter scādalisat te. erue eum ⁊ proijce abs te. Expedit enī tibi vt pereat vnū membrorū tuorum q̄ totum corpus tuū mittat̄ in gehennā. Et si dextera manus tua scandalisat te abscide eā ⁊ proijce abs te. Expedit enī tibi vt pereat vnū membrorū tuorum q̄ totū corp⁹ tuū eat in gehennā ¶ Dictū est aūt Quicūq̄ dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis facit eam mechari et qui dimissam duxerit adulterat. Iterum audistis quia dictū est antiquis nō ꝑiurabis. Reddes autē domino iuramenta tua. Ego autē dico vobis non

.1. Apostolorum cōmendatio.

.2. Legis impletio.

.3. Consiliorum sup legē additio veterē et prīo ad illud non occides.

.4. Additio sup illud. Nō mechaberis.

.5. Supadditio sup illud. Nō iurabis.

iurare omnino. Neq; per celum quia tro/
nus dei est. neq; p terram quia scabellum
pedum eius est. Neq; p ierosolima; quia
ciuitas est magni regis neq; per caput tu
um iurabis quia nõ potes vnũ capillum
album facere aut nigrum. Sit autem ser
mo vester ē/est. nõ nõ. qõ 6.
autē his abundantius a
malo est. ¶ Audistis qr
dictũ est oculuz pro ocu
lo dentē pro dēte. Ego autem dico vobis
non resistere malo. Sed. M. siquis. L.
te pcusserit in dexterā maxillam prebe illi
et alteram. Et qui vult tecum iudicio cõ/
tendere ; tunicam tuā tollere dimitte ei ; pallium. Et. M. quicũq; te angariaue/
rit mille passus. vade cum eo et alia duo.
Qui. M. petit. L. a te da ei. Et volenti
M. mutuari a te ne auertaris. Et qui au
fert L. que tua sunt ne repetas. Et prout
vultis vt faciant vobis homines ; vos fa
cite illis similr. ¶ Audistis. M. quia di/
ctũ est: diliges proximũ tu .7.
um ; odio habebis inimi/
cum tuũ. Ego autem dico
vobis. Diligite. M. L. ini
micos vestros benefacite his qui oderũt
vos benedicite male dicẽtibus vobis Et
M. orate. L. pro psequẽtibus ; calũni/
antibus vos vt. M. sitis filij patris vestri
qui in celis est qui solem suum facit oriri
super bonos ; malos ; pluit super iustos
et iniustos. Si enim. M. diligitis. L.
eos qui vos diligunt quã. M. mercedem
habebitis: que vobis. L. est gratia. Naz
et peccatores se diligẽtes diligunt. Non/
ne. M. et publicani hoc faciũt: Etsi salu
taueritis fratres vestros tantũ quid am/
plius faciatis. Nonne ; ethnici hoc faci/
unt. Si L. benefeceritis qui vobis bene
faciũt que est vobis gratia: Siquidē et
peccatores hoc faciunt. Et. L. si mutuũ
dederitis his a quib⁹ speratis accipere q̃
gratia est vobis. Nam ; peccatores pecca
toribus fenerãtur vt recipiãt equalia. Ve
runtamē diligite inimicos vestros et be/
nefacite. et mutuũ date nihil inde speran
tes ; erit merces vestra multa. et eritis filij
altissimi quia ipe benignus est sup ingra
tos ; malos. ¶ Estote. M. er/
go pfecti sicut ; pater vester celestis perfe
ctus est. ¶ Attendite ne Ipocrisis de
iusticiam vestrã faciatis testatio.
coram hoibus vt videamini ab eis Alio/
quin mercedē non habebitis apud patrē
vestrũ qui in celis est. Cum ergo facis
elemosinã noli ante te tu 8.
ba canere sicut ypocrite Cõmendatõ elemosine.
faciunt in synagogis: et
in vicis vt honorificentur
ab hominib⁹. Amen dico vobis recepe/
runt mercedē suam. Te autē faciente ele/
mosinã nesciat sinistra tua quid faciat de
xtera tua vt elemosina tua sit in abscondi
to: ; pater tuus qui videt in abscondito
reddet tibi. ¶ Et. M. .9.
cum orat; nõ eritis sicut Quomõ sit orandum.
ipocrite tristes qui amãt
in synagogis et angulis
platearũ stantes orare vt videãtur ab ho/
minibus. Amen dico vobis quia recepe/
runt mercedē suam. Tu autem cum ora/
ueris intra in cubiculũ tuum ; clauso ho
stio ora patrem tuũ in abscondito et pa/
ter tuus qui videt in abscondito reddet ti
bi. Orãtes ãt nolite multũ loq̃ sicut eth/
nici faciũt. putant enim q̃ in multiloquio
suo exaudiãtur. Nolite ergo assimlari eis
scit enim pater vester quid opus sit vobis
anteq̃ petatis eum Sic ¶ Glo.
enim orabitis Pater no lucas hãc ora
ster qui es in celis. San tõnem ponit
ctificetur nomen tuum. sub quinq̃pe
titionibus
Adueniat regnũ tuum.
Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra.
Panem nostrum supsubstantialem. M.
quotidianũ. L. da. M. nobis hodie. Et
dimitte nobis debita nostra Sicut ; nos
dimittim⁹ debitorib⁹ nostris. Et ne nos
inducas in tentatõnem. Sed libera nos
a malo. Amen. Si enim dimiseritis ho/
minib⁹ peccata eorum di/
mittet et vobis pater ve/
ster celestis peccata ve/ 10.
stra. Si autē non dimi/ Quomõ sit indulgendũ.
seritis hominibus nec pa/
ter vester dimittet vobis
peccata vestra. ¶ Cum ii.
autem ieiunatis nolite fi Qualiter ieiunandum.
eri sicut ypocrite tristes
Exterminãt enim facies
suas vt appareãt hominibus ieiunãtes.

Amen dico vobis receperunt mercedē suam. Tu autē cum ieiunas vnge caput tuum et faciē tuam laua/ne videaris hominibus ieiunās sed patri tuo qui est in absconso. Et pater tuus q̄ videt in abscon/so reddet tibi. Nolite thesaurisare vobis thesauros in terra vbi erugo ⁊ tinea demolit et vbi fures effodiunt ⁊ furātur. Thesaurisate autem vobis thesauros in celo vbi nec erugo nec tinea demolit et vbi fures non effodiunt nec furant. Vbi enī est thesaurus tuus ibi est ⁊ cor tuum. Lucerna corporis tui est oculus tu⁹. Si oculus tuus fuerit simplex ⁊ totum corpus tuū lucidū erit. Si autē oculus tuus fuerit neq̄ totū corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumē quod in te est tenebre sunt. ipse tenebre quāte erunt.

12. Qualiter thesaurisandum

13. Qualiter intentio dirigēda.

¶ Nemo M. potest duobus dñis seruire aut enim vnū odio habebit ⁊ alterum diliget. aut vnū sustinebit ⁊ alterū cōtemnet. Nō potestis deo seruire et māmone. Ideo dico vobis ne. M. L. soliciti sitis aīme vestre q̄d manducetis aut corpori vestro q̄d induamini. Nonne ania vestra est plusq̄ esca ⁊ corpus plusq̄ vestimentū. Respicite M. volatilia celi quia nō serunt neq̄ metunt neq̄ cōgregant in horrea ⁊ pater vester celestis pascit illa. Considerate corvos quibus nō est cellariū neq̄ horreū ⁊ deus pascit illos quāto magis vos pluris estis illis? Quis autē vestr̄ cogitans p̄t adijcere ad staturā suam cubitū vnum? Si. L. ergo neq̄ quod minimū est potestis. q̄d de vestimentis ⁊ de ceteris soliciti estis? Cōsiderate. M. lilia. R. agri quomodo crescunt nō laborant neq̄ nent. Dico autē vobis quoniā nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur. cooptus M. est sicut vnum ex istis. Si autē fenum agri quod hodie est ⁊ cras in clibanū mittitur deus sic vestit/quāto magis vos minime fidei? Nolite ergo soliciti esse dicentes q̄d manducabim⁹ aut quid bibem⁹ aut quo operiemur Et. L. nolite in sublime tolli. Hec M. L. autem gentes mundi. L. querūt. Scit enim pater vester quia his omnib⁹ indigetis. Querite ergo primū regnum dei et iusticiam. M. eius et. M. hec. L. omnia adijciētur vobis. Nolite. M. ergo soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit sibiipsi. Sufficit enim diei malicia sua. Estote. L. ergo misericordes sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare et non iudicabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis. iudicabimini. Nolite cōdemnare et nō condēnabimini dimittite et dimittemini. Date et dabitur vobis. mensurā bonam et confertam ⁊ coagitatā ⁊ superefluentē dabūt in sinum vestrū. Eadem M. quidem. L. mensura qua mensi fueritis remetiet vobis. Dicebat. L. autem et illis similitudinem. Nūquid potest cecus cecum ducere Nonne ambo in foueā cadunt? Non est discipulus super magistrū. Perfectus autem erit omnis si sit sicut magister eius. Quid. M. L. autem vides festucam in oculo fratris tui et trabem in oculo tuo nō vides? Aut quomodo dic̄ fratri tuo. Frater. Sine. eijciam festucam de oculo tuo /et ecce trabes est in oculo tuo? Ypocrita eijce primū trabem de oculo tuo et tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Nolite. M. sanctū dare canibus neq̄ mittatis margaritas vestras ante porcos ne forte conculcent eas pedibus suis /et canes conuersi dirumpant vos. Petite ⁊ dabitur vobis querite et inuenietis pulsate et aperiet vobis. Omnis enim q̄ petit accipit / et qui querit inuenit et pulsanti aperietur Aut quis est ex vobis

14. Qualiter solicitudo nimia tollēda ⁊ spes in dei prouidētia dirigenda.

Glo. Iuxta hāc continem ponit ab quinque monitibus

10. Quomō in indulgendō

11. Qualiter ⁊ tuum amōbo

15. Qualiter misericordum nec iudicandum.

Non improbe arguedū.

Non porcis ⁊ canibus sanctum dandū.

16 Qualiter instanter et fiducialiter orandum.

homo quē si petierit filiꝰ suus panem. nū quid lapidem porrigit ei. Aut si petierit piscem nūquid serpentē porriget ei? Aut si petierit ouū nūq̄d scorpiōz porrigz illi Si ergo vos cum sitis mali noscitis bona data dare filijs vestris. quanto magis pater vester qui in celis est dabit spiritum bonum petentibus se?

17.

Omnia. M. ergo quecunq̄z vultis/ vt faciant vobis homines ita ⁊ vos facite illis. Hec est enim lex et ꝓphe

Preceptū vniuersale legꝫ ⁊ angustia porte salutis.

¶ Intrate ꝑ angustā portam qꝛ lata porta ⁊ spaciosa via est que ducit ad perditōnē ⁊ multi sunt qui intrāt ꝑ eam. Quā angusta porta et arta via que ducit ad vitam ⁊ pauci sunt qui inueniūt eam Attendite a falsis prophetis qui veniūt ad vos in vestimētis ouiū. intrinsecus autē sunt lupi rapaces.

Luce. xiij Cōtēdite intrare per angustam portam vide infra capitu. xcviij.

¶ A fructibꝫ eorū cognoscetis eos Nunquid colligūt de spinis vuas aut de tribulis ficus? Non. L. est enī arbor bona que facit fructus malos. Neq̄z arbor mala faciens fructū bonuz. Unaqueq̄z enī arbor de fructu suo cognoscit. Neq̄z enī de spinis colligunt ficus neq̄z de rubo vindemiāt vuā Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonū. Et malus homo de malo thesauro cordis sui profert malum Ex abundantia enim cordis os loq̄tur. Sic M. oñis arbor bona fructus bonos facit. mala autē arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona fructus malos facere. neq̄z arbor mala fructus bonos facere. Oñis arbor que nō facit fructū bonū excidetur ⁊ in ignē mittet. Igit ex fructibꝫ eorum cognoscetis eos.

18.

Falsorū prophetarū noticia scilicet a fructibus.

¶ Quid. L. aūt vocatis me dñe dñe ⁊ nō facitis que dico. Nō. M. omnis qui dicit mihi/ domine dñe intrabit in regnuz celorum sed qui facit voluntatē patris mei/ qui in celis est. ipse intrabit in regnū celorū Multi dicēt mihi in illo die domine domine. Nonne in nomīe tuo prophetauimꝰ ⁊ in nomine tuo demonia eiecimꝰ. et in nomīe tuo virtutes multas fecimꝰ. Et tūc confitebor illis quia nunq̄z noui vos. Discedite a me oñes qui opamini iniq̄tatem. Oñis L. M. qui venit ad me ⁊ audit sermones meos ⁊ facit eos ostendā vobis cui sit similis. Similis est homini edificāti domū qui L. fodit in altū ⁊ posuit fundamentū supra petram Et M. descendit pluuia et venerūt flumina ⁊ flauerūt vēti et irruerūt in domū illam ⁊ non cecidit fundata enī erat supra firmā. L. petram. Et. M. omnis. L. qui audit verba mea hec. ⁊ non facit ea. similis est viro stulto q̄ edificauit domū suam sup arenaz sine L. fundamento ⁊ M. descendit pluuia et venerūt flumina ⁊ flauerūt venti et irruerūt in domū illam in quā. L. illisus est fluuius ⁊ cōtinuo cecidit ⁊. L. facta. M. est ruina domus illius magna. Et. M. factum est cum ꝯsummasset Jesus verba hec ammirabāt turbe super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatē habens et nō sicut scribe eorū ⁊ pharisei. M.

19.

Qualiter deus sit colendus non ore tantū sꝫ operū efficacia.

20

Qualr operatio miraculorū non saluat sed stabilis in petra xp̄o ꝑmanentia.

De leproso sanato

M. viij. R. i. L. v.

Capitulum. xxxi.

Cum M. autē descēdisset iesus de monte secute sunt eū turbe multe Et. L. factū est cum esset in vna ciuitatum. Et ecce. M. leprosus plenus lepra videns Jesum veniens. M. adorabat eum dep̄cans. R. ⁊ genu flexo ⁊ procidēs. L. in faciē rogabat eum dicēs. Domine L. M. R. si vis potes me mundare Jesus. R. autē misertus eius extendens. M. R. L. manum tetigit eum dicens. Volo. mundare. et cōfestim muudata est lepra eius. Et. R. cōminatus est ei. statimq̄z eiecit illum ⁊ dixit illi. Et precepit. L. ei. Vide. L. R. M. nemini dixeris/ sed vade ostende te principibus sacerdotū ⁊ offer pro emundatōne tua munꝰ M. quod precepit moyses in testimoniū illis Et. R. egressus cepit predicare ⁊ diffamare sermonē. Perābulabat. L. autē magis sermo de illo ⁊ cō

Glo.

